



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Tertio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33333**

& vitam eternā. Vt quicumq; ad has veniunt exequias, hoc testa-  
 mentum habeant, & super hoc obijt, per quod id testamentum  
 firmum & irrevocabile factum est. In cuius signum & annunciatio-  
 nem, loco literarum & sigilli reliquit hic suum propriū cor-  
 pus sub pane & vino. Hic ergo nunc opus est, vt homo primū  
 opus huius p̄cepti bene exerceat, ne quid dubitet id sic certo esse,  
 & sinat hoc testamētum sibi certum esse, ne Christum faciat mē-  
 dacem. Nam quid aliud est si ad missam stans, neq; cogites, neq;  
 credas, tibi Christum per suum testamentum legasse & dedisse  
 remissionem omnium peccatorū, quam ac si diceres, Nescio,  
 vel non credo verum esse, mihi remissionem peccatorū meorū  
 hic legatam & datam esse? O quantum iam est missarū in mun-  
 do! Quam pauci autem audientes eas eiusmodi & fide & vsu.  
 Quo deus grauit̄ offenditur. Itaq; nemo potest vtiliter interesse  
 officio missæ, nisi sit vel in aduersitatibus, tentationibus & desi-  
 derio diuinę gratiæ: vel qui libenter peccatis suis velit liberari, v<sup>p</sup>  
 si in malo est proposito, vt tamen sub missa sese cōmoret, & des-  
 sideriū assequatur huius testamētū. Ideoq; olim publici & no-  
 torij peccatores non permittēbantur interesse missæ. Hac ergo si-  
 de recte procedente, non potest fieri quin cor hominis hoc testa-  
 mento exhilaratum in amore dei caleat & liquatur. Tum sequi-  
 tur laus & gratiarum actio dulci corde. Vnde Missa græce  
 εὐχαριστία Eucharistia, hoc est gratiarum actio siue gratitudo  
 dicitur, quod deum laudamus gratias agentes pro tali cōsolato-  
 rio, diuine, & beato testamento. Quemadmodum laudat, gratias  
 agit, & letatur, cui insignis & fidus amic⁹ mille vel plures aureos  
 legauit. Quamquam Christo sepenumero accidit quod legato-  
 ribus facientibus aliquot suo testamēto diuites, qui ipsorū vicis-  
 sim ne meminerint quidem vnq̄, neq; laudantes, neq; gratias a-  
 gentes. Sic fiunt hodie nostre missæ, vt tantum fiant, nobis inte-  
 rim incertis & ignorātib; ad quid profint, vel quare fiant. Quę  
 res facit vt neq; gratias agentes, neq; diligentes, neq; laudantes, ad  
 missas aridi & duri perseueremus, nostris preculis & oratiunculis  
 contenti. De qua re & alias plura.

### TERTIO.

¶ Sermones nihil aliud esse conueniebat quam annunciatio-  
 nem huius testamētū. Sed quis possit audire nemine p̄dicatē?  
 Nunc enim ne hi quidem intelligunt hoc testamentum quorum  
 est officium p̄dicare. Itaq; sermones exspectantur & dirigan-  
 tur in fabulas nihili & nugatorias, sicq; Christo i obliuionē ve-  
 niente, accidit nobis perinde atq; illis. 4. Regum. 7. Vidēbis &

Adnūciatio  
 testamētū iu  
 missa.

E



inde non comedes, quod non frum bonum videntes eo non fruimur. De quo etiam Ecclesiastes dicit, Hoc magnū est malū, vbi deus cuiusdam diuitias largitur, quib⁹ eum non permittit vti. Sic videmus innumerabiliter multas missas, ignari tamen interea testamentum ne sit an vero quidpiam aliud, perinde ac si sit cōmune bonum opus per se. O deus quā prorsus excecā sum⁹. Vbi autem id ipsum bene predicatur, sic necessario vt diligenter audiant, excipiant, seruetur, sepe illius fiat mētio, & ita fides cōfirmetur contra omnes tentationes peccatorum, p̄teritorum, p̄sentium, futurorum. Ecce hęc est vnica ceremonia, vnica exercitatio, a Christo instituta, in qua debeamus congregari, cōuenire, exerceri, & concordēs agere. Quam tamen non vt reliquas ceremonias reliquit nudas esse ceremonias. Sed imposuit in eā sup̄ excellenter opiparum thesaurum, omnibus tradendum & dandum quicumq; in hoc testamentum crediderint. Huiusmodi sermone p̄dicandus esset peccator, vt de peccatis suis contritus, accenderetur desiderio huius thesauri. Ergo magnum necessesse est esse peccatam eorum qui Euangelium non audiunt, & qui eiusmodi thesauros & conuulsiū opulentum ad quod vocantur cōtemptant. Verū multo maius peccatū est, non predicare Euangelium, & tantum populorū Euangelij audiendi cupidissimorum permittere perire, q̄uis tam seueriter p̄cipiente Christo Euangelium & hoc testamentum predicare, vt etiā missam noluerit fieri nisi simul & Euangelium p̄dicaretur. Sicut ipse dixit. Quocumq; feceritis in mei memoriam facietis. Quare abominabile est nostris temporibus esse Episcopum, pastorem siue parochiū, & cōsecratorē siue predicatorem. Nemo enī amplius hoc nouit testamentū, taceo vt sint qui id p̄dicent. Cum tamen hoc summum & vnicū eorū sit & officiū & debitū. Quā difficile igitur reddent rationem pro tot animabus, defectu talium sermonum necessario pereuntibus.

#### Q VARTO.

Quid oratio  
& quomodo  
orandū.

¶ Orandū est, nō vt sit, numerādo multa folia, & baccas, sed p̄sentes aliquot calamitates in manus sumere, easq; toto tractare desiderio, & in his fidem & fiduciam erga deum sic exercere, vt non dubitemus fore vt exaudiamur a deo. Sic S. Bernardus suos fratres docebat, dicens. Charissimi fratres, orationes vestras ne contempnatis. Vere enī vobis dico, priusquam verba perficiatis, orationem vestrā in coelis inscriptam esse. Etorū vnū certe vobis de deo psuadete, hoc est, vel futurū vt oratio vestra adiuu